

tem? Si igitur neuter eorum bene suscepit comitum, jure utriusque erat auferendus. Attamen quia jure hereditario Theodorico consuli pertinebat comitatus jure eum possidet. Et si injuste videatur arripuisse, tamen quia olim ante electionem illius Willelmi, qui mortuus est, per litteras directas primatibus Flandriæ requisiverat, quod sibi pertinebat: quanquam et tunc non sit exauditus ab illis, non minus debebat petere et conquerere hereditatem suam, quæ injuste sibi ablata est, et alii injuste a rege Franciæ vendita. Igitur post tot controversias præponimus justiorem causam Theodorico comiti, qui non injuste dicitur superpositus consuli Willelmo: imo ille comes mortuus ipsi Theodorico injustissime superpositus est, et per coemptionem ex regis potestate, potestative comes effectus. Igitur illum ex antiqua justitia Theodoricum vitæ reservavit et suæ hereditati restituit, illumque morte a consulatu removit, qui quantumcunque potenter viveret, totam terram vastaret, omnesque terræ incolas ad bellum civile provocaret, legesque Dei et hominum confunderet: quem lege districta Deus, viam universæ carnis ingredi non sine malis meritis suis adjudicavit. Nec enim comes Willelmus de omnibus, quæ in vita possedit, secum post mortem permanere fatebitur inter umbras, quas ad pœnalia loca præmisit, nisi militiæ, laudem: bonus enim in militia dicebatur. Igitur tantam injuriam, quia nulla potestas humana corrigere aut potuit aut noluit, secundum lineam districti examinis sui Deus correxit. Ideoque in homines Flandriæ iram et fla-

A gella indignationis suscitavit, quia omnium erat in arbitrio positum ante deliberare, prævidere, et discutere, et summa diligentia perquirere; Deumque contrito corde et piæ mentis sacrificio super hoc placare, quæm sibi et patriæ Dominum præstiterent, et electum amarent et venerarentur. Quia ergo hoc neglexerunt, eum, quem incaute Dominum suscepserunt, tyrannum et vastatorem totiusque mali exactorum perpessi sunt, eumdemque post electionem et susceptionem in consulatu nullam viam vel mores honestos prædecessorum comitum, principes et bajuli (234) aut consiliarii terræ docuerunt; sed ad prædam et argutas fallacesque causas instruxerunt, quibus pecunias infinitas super cives et burgenses terræ conquirerent, et quandoque violenter extorquerent.

B 191. Igitur Theodoricus Flandriarum marchio ab illo mortis Willelmi tempore regnavit, et peragratis castris, scilicet Atrebato, Tervania, S. Audomaro, Insulis, Aria, in quibus locis more bonorum prædecessorum suorum venerabiliter susceptus est a clero et populo et fide et hominio confirmatus, tandem ad reges Franciæ et Angliæ ascendit, suscepturus ab ipsis feoda et donaria regalia. Complacuit ergo sibi utriusque regni scilicet rex Franciæ et rex Angliæ super comite nostro Theodorico, et investituras feodorum et beneficiorum, quæ ab ipsis sanctissimus, et piissimus comes Carolus obtinerat, gratariter dederunt.

## RHYTHMUS ANTIQUUS

Ex ms. Jacobi Sirmundi Soc. Jesu.

**§ I. Lamentatio de morte B. Caroli comitis Flandriæ.**

Proh dolor! ducem Flan- et defensorem Ecclesiæ,  
[driæ,  
Bonum tutorem patriæ,  
Traditorum versutia,  
Plena gravi invidia,  
O infelix Flandriæ!  
Quæ te cepit dementia?  
Ut ducem tuum sperneres,  
Et laqueos prætenderes,  
Tu per eum florueras,  
Primum obtinueras,  
Sed quia fornicata es,  
Et non audenda ausa es,  
O infelix! o misera!  
Cur intulisti vulnera,  
Cur hoc scelus perpe-  
[trasti,  
Justitiam violasti,  
Quid vobis deerat, impii  
Tanti sceleris concili,  
Non aurum, vestes, præ-  
dia,  
Ergo pro multa copia  
O mœrore plena dies,

et cultorem justitiae,  
impiorum nequitia,  
permit pro justitia,  
o crudelis, o impia!  
quæ perversa nequitia?  
mortem illius quereres,  
protectorum perimeres?  
et decorum indueras,  
multis honore præceras.  
prævaricatrix facta es,  
præ cæteris spemenda es,  
crudelis et pestifera!  
patris fundendo viscera?  
pacis jura conturbasti,  
patrem tuum jugulasti?  
crudelitatis filii,  
timoris Dei nescii?  
non eauorum subsidia:  
perpetratis flagitia.  
nostræ luctus materies!

C Qua finitur nostra quies, per malignas progenies.  
Omni privanda lumine, tetro fuscanda turbine,  
Quo patriæ munimine, privatur et regimine.  
Impudens luge, Flandria, gravi digna miseria,  
Tibi manent supplicia, mortis inscrutabilia.  
Prius eras præcipua, modo facta es fatua.  
Exigente culpa, tua, strages reddetur multua.

**§ II. Lamentatio alia.**

Carole, gemma comitum dux inclyte, flos militum,  
Te dolemus immeritum perulisse interitum,  
Cujus prudens modestia, et solers vigilantia,  
Solficite pro patria tuta servabat omnia.  
Te exhorrebat impii, amabant pacis filii,  
Bonis locus refugii, malis eras supplicii.  
Te luget dulcis Gallia; pro te gemit Burgundia;  
Et proxima Briçannia, insuper nostra patria.  
D Qua lacrymarum flumine exuberans sine fine,  
Flet vacua regimine, privata et munimine.  
O quam bona constantia, quam constans patientia!  
Moritur pro justitia, per quem constabat patria.  
Cum esset in Ecclesia, intentus in psalmodia,  
Orans Deum mente pia; emersit cohors impia,  
Mox exeruntur gladii, jugulant patrem filii,  
Perimuntur innoxii una quatuor socii.

(234) Balivi potius legenduri, de cuius vocis origine et significato, multa reperties in Glossario Spelmani.

Junguntur amore pio,  
Eorum internecio  
Hic cum duobus filiis  
Qui eruti ab impiis  
Mox istorum cognatio  
Luget, genit corde pio,  
Cesset amodo luere,  
Constat animas querere,  
Pia Dei clementia,  
Transfer ad cœli gaudia,  
ut tecum sint in gloria.  
[Amen.]

§ III. Vindicta a morte ejusdem comitis.

Descripta morte consu-  
lis,  
Lacrymis flenda sedulis,  
Describuntur crudelia  
Quæ pro sua nequitia  
Justa Dei potentia  
Suppliciis obnoxia  
Mittit ab Austro indicem,  
Et nequitiae vindicem,  
Venit igitur Franciæ  
Inimicus nequitiae,  
Init grande consilium,  
Puniat, quod dissidium  
Cum principibus loqui-  
tur,  
Consilium revolvitur,  
Hortantur mentem regiam,  
Punitura nefariam  
Rex fretus hoc consilio,  
Hos datus exitio  
Hoc audientes noxii  
Quærunt locum refugii,  
Intrant castrum tutissi-  
mum,  
Cor habentes promplissi-  
mum  
Sed Isaac subtractus est,  
Ovina pelle tectus est,  
Captus fatetur peccasse,  
Mortem comitis traçasse,  
Ore suo convincitur  
Sic in altum suspenditur,  
Intrat ergo rex Flan-  
driam,  
De his per Dei gratiam  
Venit potestas regia,  
Agreditur palatia,

mortis dantur exitio;  
fit Flandriæ confusio.  
pater truncatur gladiis,  
cœli fruuntur gaudiis,  
compatiens exitio,  
ut exigit conditio.  
studeat preces fundere,  
juvari precum munere.  
caesos pro tua gratia  
[Amen.]

mortis dantur exitio;  
fit Flandriæ confusio.  
pater truncatur gladiis,  
cœli fruuntur gaudiis,  
compatiens exitio,  
ut exigit conditio.  
studeat preces fundere,  
juvari precum munere.  
caesos pro tua gratia  
[Amen.]

A Utrinque bellum geri-  
tur, hostis hostem aggreditur,  
alter jaculo sigitur.  
Istis dat vires charitas,  
His animum dat requitas,  
Qui privati consilio,  
Tanto pro homicidio  
Caput hujus nequitiae  
Per senestram maceriae  
Dum desperat de venia  
Fugit nequam per devia,  
Huc et illuc progreditur,  
Sed latere non fruitur,  
Compertum est præpo-  
situm,  
Fugisse, ne interitum  
Passim per terras qua ri-  
tur,  
Ad judicium traditur,  
B Tortores tenentes eum,  
Trahitur ad equuleum,  
In equuleo ponitur,  
Seva flagella patitur.  
Iste postquam mortuus  
[est],  
Ita tractari dignus est,  
Redeamus ad alios  
Prodictionis concios,  
Audita fama miseri,  
Non cessant intus conque-  
sanum tandem suggestur:  
ut transeat in Flandriam,  
nefandorum nequitiam,  
illuc it cum consortio,  
opere pro nefario,  
iniquitatis filii,  
vim timentes imperii,  
ad bellandum aptissimum,  
tueri nefas pessimum.  
monachus simulatus est,  
qui ferox lupus intus est.  
tantum scelus perpetras-  
cum debuit honorasse.  
ad tormentum deducitur,  
quod meruit assequitur.  
cohoret quærens im-  
expleturus, justitiam.  
machinis vallat mœnia,  
quibus latet gens impia.

hostem aggreditur,  
alter jaculo sigitur.  
Istis crescit debilitas;  
illis tollit iniquitas,  
desperant de auxilio,  
dari timent exitio.  
nullius dignum veniae  
dimittitur ab acie.  
cogente conscientia,  
mortis timens exitia.  
fugere mortem nititur,  
qui hoc scelere premitur.  
sic latenter expositum  
subeat propter meritum.  
tandem repertus capitur,  
quod promeruit patitur.  
Tortores tenentes eum,  
ponunt in collo laqueum,  
talis poena decet reum.  
pugnis, sustibus cæditur,  
sic cruciatus moritur.  
patibulo suspensus est,  
qui proditor probatus est.  
iniquitatis filios,  
præ omnibus nefarios.  
de capite sic fieri,  
sic intuentes conteri :  
Burgardus mox exponitur,  
Captus ad mortem trahi-  
tur,  
Audiens cohors impia,  
Desperando de venia,  
Intrat castrum rex incli-  
tus,  
C De consule sollicitus,  
Adducit tradi tumulum, currit fundendo gemitus.  
gemitum promens queru-  
lum  
Flet, plangit gemmam con-  
sulum, bene regentem populum.  
His expletis doloribus, et captis proditoribus;  
Alligantur compedibus, mancipandi tortoribus.  
Tractatur de suppicio, exquiritur confusio,  
Placeat vultui regio, hos mori præcipitio,  
Ruunt, ab arcis solio, mortis dantur exitio,  
Hoc sunt digni suppicio, quibus placet proditio.

## EPITAPHIA ANTIQUA

a Jacobo Mejero ex mss. edita.

### I.

Hic pupillorum pater, adjutor viduarum,  
Salvator patriæ, zelator et Ecclesiarum,  
Pax et vita suis, formido et mors inimicis.  
Rebus pace suis undique compositis,  
Flandrorum consul, Dacorum regia proles,  
Carolus hic obiit, innocuus periit.  
In prece prostratus, Domini mactatus ad aram,  
Fit pro justitia victima grata Deo.  
Qua vivus viguit, defunctus pace quiescat.

### II.

Carolus excessit comes ense doloque suorum,  
D Ultio successit, mors dura gravisque reorum.

### III.

Repertum in monasterio ad Rhenum haud procul  
Andernaco.  
Per te viventem tua Flandria, Carole fulsit  
Fama, pace, bonis, clara, beata, potens.